

Die Bekenntnisschriften der evangelisch-lutherischen Kirche

Herausgegeben vom
Deutschen Evangelischen Kirchenausschuß
im Gedenkjahr der Augsburgischen Konfession

1 9 3 0

Berlin-Charlottenburg 2, Hardenbergstraße 12
Deutsches Evangelisches Kirchenbundesamt

1 9 3 0

Concordia.

יהוה

Christliche, wiederholte, einmütige Bekenntnüs nachbenannter Churfürsten, fürsten und Stände Augsburgischer Confession und derselben Theologen Lehre und Glaubens. Mit angeheffter, in Gottes Wort als der einigen Richtschnur wohlgegründter Erklärung etlicher Artikel, bei welchen nach D. Martin Luthers seligen Absterben Disputation und Streit vorgefallen. Aus einhelliger Vergleichung und Befehl obgedachter Churfürsten, fürsten und Ständen derselben Landen, Kirchen, Schulen und Nachkommen zum Unterricht und Warnung in Druck vorfertiget.

1580.

Concordia.

Pia et unanimi consensu repetita confessio fidei et doctrinae electorum, principum et ordinum Imperii atque eorundem theologorum, qui Augustanam Confessionem amplectuntur. Cui ex sacra scriptura, unica illa veritatis norma et regula, quorundam articulorum, qui post Doctoris Martini Lutheri felicem ex hac vita exitum in controversiam venerunt, solida accessit declaratio. Communi consilio et mandato eorundem electorum, principum ac ordinum Imperii et erudiendis et monendis subditis ecclesiis et scholis suis ad memoriam posteritatis denuo typis vulgata.

MDLXXXIII.

Vorrede.

W Blatt
a 5 bis
c 1

Allen und jeden, denen dieses unser Schreiben zu lesen fürkompt, entbieten wir, die hernachbenannten der Augsburgischen Konfession zugetane Kurfürsten, Fürsten und Stände im Heiligen Reich Deutscher Nation, nach Erforderung eines jeden Stands und Wirten unsere gebührliche Dienst, Freundschaft, gnädigen Gruß und geneigten Willen, auch untertänigste, untertänige und willige Dienst, und hiemit zu wissen:

Nachdem Gott der Allmächtige zu diesen letzten Zeiten der vorgänglichen Welt aus unermesslicher Lieb, Gnad und Barmherzigkeit dem menschlichen Geschlecht das Licht seines heiligen Evangelii und alleinseigmachenden Worts aus dem aberglaubischen päpstlichen Finsternis deutscher Nation, unserm geliebten Vaterland, rein, lauter und unvorfälscht erscheinen und vorleuchten lassen, und darauf aus göttlicher, prophetischer, apostolischer Schrift ein kurz Bekanntnis zusammengefasst, so auf dem Reichstag zu Augsburg Anno 1530 weiland Kaiser Carolo dem fünften hochlöblichster Gedächtnis von unsern gottseligen und christlichen Vorfahren in deutscher und lateinischer Sprach übergeben, für allen Ständen des Reichs dargetan und öffentlich durch die ganze Christenheit in der weiten Welt ausgebreitet worden und erschollen ist:

Als haben sich folgens zu solchem Bekennnis viel Kirchen und Schulen als dieser Zeit zum Symbolo ihres Glaubens in den fürnehmsten streitigen Artikeln wider das Papsttumb und allerlei Rotten bekennet und darauf in christlichem, einmütigen Verstand und ohne einigen Streit und Zweifel sich gezogen, berufen und die darin begriffene und in göttlicher Schrift wohlgegründete, auch in den bewährten alten Symbolis kurz vorfaßte Lehre für den einigen alten und von der allgemeinen rechtlehrenden Kirchen Christi geglaubten, wider viel Ketzereien und Irrtumben erstrittenen

Omnibus et singulis has nostras lectionibus nos, qui iisdem nomina nostra subscripsimus, Augustanae Confessionis addicti electores, principes et Sacri Romani Imperii in Germania ordines pro dignitate et gradu cuiusque nostra studia, amicitiam ac salutem cum officio coniunctam deferimus et nuntiamus.

Ingens Dei Opt. Max. beneficium est, quod postremis temporibus et in hac mundi senecta pro ineffabili amore, clementia ac misericordia sua humano generi lucem evangelii et verbi sui (per quod solum veram salutem accipimus) post tenebras illas papisticarum superstitionum in Germania, carissima patria nostra, puram et sinceram exoriri et praelucere voluit. Et eam sane ob causam brevis et succincta Confessio ex verbo Dei et sacrosanctis prophetarum et apostolorum scriptis collecta est, quae etiam in comitiis Augustanis anno 1530. Imperatori Carolo Quinto excellentis memoriae a pientissimis maioribus nostris Germanico et Latino idiomate oblata et ordinibus Imperii proposita, denique publice ad omnes homines Christianam doctrinam profitentes adeoque in totum terrarum orbem sparsa ubique percrebuit et in ore et sermone omnium esse coepit.

Hanc deinceps Confessionem multae ecclesiae et academiae ut symbolum quoddam horum temporum in praecipuis fidei articulis, praesertim controuersis illis contra Romanenses et varias corruptelas doctrinae coelestis, complexae sunt et defenderunt et perpetuo consensu ad eam absque omni controuersia et dubitatione provocaverunt.

Doctrinam etiam in illa comprehensam, quam scirent et solidis scripturae testimoniis suffultam et a veteribus receptisque symbolis approbatam, unicum et perpetuum illum vere sentientis ecclesiae

und wiederholten Konsens erkannt, fest und beständig gehalten.

Was aber bald auf den christlichen Abschied des hocheuchten und gottseligen Mannes Doct. Martin Luthers in unserm geliebten Vaterland Deutscher Nation für ganz gefährliche Läufe und beschwerliche Unruhe erfolget, und wie bei solchem sorglichen Zustand und Zerrüttung der wohlgefaßten Regiment der Feind des menschlichen Geschlechts sich bemühet, seinen Samen, falsche Lehre und Uneinigkeit, auszusprengen, in Kirchen und Schulen schädliche und ärgerliche Spaltung zu erregen, damit die reine Lehre Gottes Worts zu verfälschen, das Band der christlichen Lieb und Einmütigkeit zu trennen und den Lauf des heiligen Evangelii hier'durch merklich zu M 5 vorhindern und aufzuhalten, und welchergestalt daher die Widersacher der göttlichen Wahrheit Ursach genommen, uns und unsere Schulen und Kirchen übel auszurufen, ihre Irrtumb zu bemänteln und die armen verirrten Gewissen vom Erkenntnis der reinen evangelischen Lehre abzuwenden und desto williger unter dem päpstlichen Joch und Zwang wie auch unter andern wider Gottes Wort streitigen Irrtumben zu halten, solches ist zwar männiglich bewußt, 30 offenbar und unverborgten.

Wiewohl wir nun nichts liebers gesehen und von dem Allmächtigen gewünscht und 35 gebeten, dann daß unsere Kirchen und Schulen in der Lehre Gottes Worts, auch lieblicher, christlicher Einigkeit erhalten und wie bei Lebzeiten Doctor Luthers nach Anleitung Gottes Worts christlich und wohl angestellt und fortgepflanzt werden möchten: so ist doch gleichergestalt wie noch bei der heiligen Aposteln Leben in den Kirchen, darinnen sie das reine, lautere Wort Gottes selbst gepflanzt, durch falsche Lehrer verkehrte Lehre 45 eingeschoben worden, also auch über unsere Kirchen umb unserer und der undankbaren Welt Unbußfertigkeit und Sünde willen verhänget worden.

Derwegen wir dann uns unsers von Gott befohlenen und tragenden Ampts erinnert und nicht unterlassen haben, unsern Fleiß 55 dahin anzuwenden, damit in unsern Landen und Gebieten denselben darin eingeführten und je länger je mehr 'einschleichenden falschen verführischen Lehren gesteuert und unsere Untertanen auf rechter Bahn der ein-

ac contra multiplices haereses et errores olim defensum, nunc autem repetitum consensum esse constanter iudicaverunt.

At vero ignotum nemini esse potest, 5 statim posteaquam summa pietate praeditus et praestantissimus heros D. Martinus Lutherus rebus eximeretur humanis, dulcem patriam nostram Germaniam periculosissima tempora et rerum perturbationes gravissimas excepisse. In quibus sane difficultatibus et reipublicae ante florentis optimeque constitutae misera distractione hostis ille mortalium astute laboravit, ut semina falsae doctrinae et dissensiones in ecclesiis et 15 scholis spargeret, dissidia cum offendiculo coniuncta excitaret atque his suis artibus puritatem doctrinae coelestis corrumpere, vinculum caritatis Christianae et pium consensum solveret, sacrosancti evangelii cursum maiorem in modum impediret et retardaret.

Notum etiam universis est, qua ratione hostes veritatis coelestis inde occasionem arripuerint, ut ecclesiis et academiis nostris detraherent, suis erroribus integumenta invenirent, pavidas errantesque conscientias a puritate doctrinae evangelicae abstraherent, ut illis in ferendo et tolerando iugo servitutis pontificiae et amplectendis reliquis etiam corruptelis cum verbo Dei pugnantibus obsequen- 30 tioribus uterentur.

Nobis profecto nihil vel gratius accidere poterat, vel quod maiore animorum contentione et precibus a Deo Opt. Max. petendum iudicarem, quam ut nostrae et ecclesiae et scholae in sincera doctrina verbi Dei ac exoptata 40 illa et pia animorum consensione perseverassent et, quod Luthero adhuc superstite fiebat, pie et praeclare secundum regulam verbi Dei institutae et propagatae ad posteritatem fuissent.

Animadvertimus autem, quemadmodum temporibus apostolorum in eas ecclesias, in quibus ipsi evangelium Christi plantaverant, per falsos fratres corruptelae introductae fuerunt, ita propter nostra peccata et horum temporum 50 dissolutionem tale quid irato Deo contra nostras quoque ecclesias permissum.

Quare nostri officii, quod divinitus nobis iniunctum esse novimus, memores in eam curam diligenter nobis incumbendum existimamus, ut in provinciis et 55 ditionibus nostris falsis dogmatibus, quae ibi sparsa sunt et subinde magis magisque sese quasi in consuetudinem et familiaritatem hominum insinuant, oc-

mal erkannten und bekannten göttlichen Wahrheit erhalten und nicht davon abgeführt werden möchten. Inmaßen dann unsere löbliche Vorfahren und zum Teil wir auch derwegen uns zu dem Ende miteinander zu Frankfurt am Main des 1558. Jahrs bei der damals fürgestandenen Gelegenheit des gehaltenen Kurfürstentages eines Abschieds und dahin verglichen, daß wir in einer gemeinen Versammlung zuhauf kommen und von etlichen Sachen, die von unsern Widerwärtigen uns und unseren Kirchen und Schulen zum ärgsten gedeutet worden, notdürftiglichen und freundlichen uns unterreden wollten.

Darauf dann folgens unsere selige Vorfahren und zum Teil wir uns gegen der Naumburg in Thöringen zusammengetan, mehrgedachte Augsburgerische Konfession, so Kaiser Karl dem V. in der großen Reichsversammlung zu Augsburg Anno 1530. überantwortet, an die Hand genommen und solch christlich Bekenntnis, so auf das Zeugnis der unwandelbaren Wahrheit göttliches Worts gegründet, damit künftighen auch unsere Nachkommen für unreiner, falscher und dem Wort Gottes widerwärtiger Lehre, soviel an uns, zu warnen und zu verwahren, abermals einhellighen unterschrieben und solchergestalt gegen der Röm. Kais. Majestät, unserm allergnädigsten Herrn, und sonst manniiglichem bezeuget und dargetan, daß unser Gemüt und Meinung gar nicht wäre, einige andere oder neue Lehre anzunehmen, zu verteidigen oder auszubreiten, sondern bei der zu Augsburg Anno 1530. einmal erkannten und bekannten Wahrheit vermittelst göttlicher Verleihung beständiglich zu verharren und zu bleiben, der Zuversicht und Hoffnung, es sollten nicht allein dardurch die Widersacher der reinen evangelischen Lehre von ihrem erdichten Lästern und Vorunglimpfung wider uns abgestanden und andere gutherzige Leut durch solche unsere wiederholte und repetierte Bekenntnis erinnert und angereizet worden sein, mit desto mehrerm Ernst der Wahrheit des alleinseligmachenden göttlichen Worts nachzuforschen, beizupflichten und zu ihrer Seelen Heil und ewigen Wohlfahrt darbei ohne einige fernere disputation und Gezänk christlich zu bleiben und zu verharren.

Wir haben aber dessen allen ungeacht nicht ohne Beschwerde erfahren müssen, daß

curratur et imperio nostro subiecti in recta pietatis via et agnita et hactenus constanter retenta defensioneque veritate doctrinae coelestis perseverent, nec ab ea se abduci patiantur.

Qua sane in re partim antecessores nostri laudatissimi, partim nos elaborare studuimus, cum anno Christi 1558. Francofurti ad Moenum oblata comitiorum (quae tum ab electoribus habebantur) occasione communibus votis in eam sententiam itum est, peculiarem et communem conventum habendum esse, in quo de iis rebus, quae ab adversariis ecclesiis et academiis nostris odiose per calumniam obiicerentur, solide et familiariter tamen inter nos ageretur.

Et quidem post deliberationes illas antecessores nostri piae excellentisque memoriae et partim etiam nos Numburgi in Turingia congressi sumus. Et tum Augustanam Confessionem (cuius iam aliquoties meminimus) Imperatori Carolo Quinto in frequentioribus illis imperii comitiis Augustae anno 1530. habitis oblatam in manus sumpsimus et piae illi Confessioni, quae solidis testimoniis immotae ac in verbo Dei expressae veritatis superstructa est, tum una mente omnes subscripsimus. Videlicet ut ea ratione posteritati consulere-mus et, quantum quidem in nobis erat, auctores et monitores essemus ad vitanda falsa dogmata, quae cum verbo Dei pugnant. Idque eo consilio fecimus, ut et apud Caesaream Maiestatem Dominum nostrum clementissimum, deinde in universum apud omnes testificatio sempiterna extaret, nunquam in animum nos induxisse, novum aliquod et peregrinum dogma vel defendere vel spargere velle, sed cupere, eam veritatem, quam Augustae anno 1530., professi sumus, Deo nos iuvante constanter tueri ac retinere. Fuimus etiam in spem non dubiam adducti, fore, ut ea ratione non solum ii, qui puriori doctrinae evangelicae adversantur, a confictis criminationibus et accusationibus abstinerent, set alii etiam boni et cordati homines hac nostra iterata et repetita confessione invitarentur, ut maiori studio et cura veritatem coelestis doctrinae (quae sola nobis ad salutem ductrix est) quaererent et investigarent, et in ea saluti animae ac aeternae felicitati suae consulturi repudiatis in posterum omnibus controversiis et disceptationibus acquiescerent.

Sed non absque animi perturbatione certiores facti sumus hanc nostram de-

diese unsere Erklärung und Wiederholung unserer vorigen christlichen Bekenntniß bei den Widersachern wenig geachtet, noch hierdurch wir oder unsere Kirchen der ausgesprengten beschwerlichen Nachreden erlediget, sondern von den andern unsern und unserer christlichen Religions widerwärtigen und irrigen Opinionsverwandten auch solche wohlmeinende Handlung nochmals dahin verstanden und gedeutet worden, als sollten wir unsers Glaubens und Religionsbekenntniß so ungewiß sein und dasselbe so viel und oft verändert haben, daß weder wir noch unsere Theologen wissen mögen, welches die rechte und einmal übergebene Augsburgerische Confession sei; durch welche un-
 M 8 gegründet Vorgeben viel frommer Herzen von unsern Kirchen und Schulen, Lehre, Glauben und Bekenntniß abgeschreckt und abgehalten worden. Darzu auch dieser Unrat kommen, daß unter dem Namen vielgedachter Augsburgerischen Confession die widerwärtige Lehre vom heiligen Sakrament des Leibes und Bluts Christi und andere irrig opinionen hin und wieder in Kirchen und Schulen eingeschoben worden.

Wann dann solches etliche gottfürchtige, friedliebende und gelehrte Theologen vermerkt und wohl gesehen, daß diesen falschen Verleumdungen und denen täglich weiter einreißenden Religionsstreiten besser nicht zu begegnen, dann so die eingefallenen Spaltungen von allen streitigen Artikeln gründlich und eigentlich aus Gottes Wort erkläret, entscheiden und falsche Lehr ausgesetzt und verworfen, die göttliche Wahrheit aber lauter bekennet, dardurch den Widersachern mit beständigem Grunde der Mund gestopft und den einfältigen frommen Herzen richtige Erklärung und Anleitung vorgestellt würde, wie sie sich in solchen Zwiespalt schicken und künftiglich durch Gottes Gnade für falscher Lehre bewahret werden möchten.

So haben obgedachte Theologen sich anfänglich durch ausführliche Schriften aus Gottes Wort gegeneinander deutlich und richtig erkläret, welchergestalt mehrgedachte ärgerliche Spaltungen ohne Verrückung der göttlichen Wahrheit beigelegt und aufgehoben und dardurch den Widersachern aller gesuchter Schein und Ursach zu lästern abgestrichen und benommen werden könnte.
 M 9 Entlichen auch die streitigen Artikel vor die Hand genommen, in Gottesfurcht betracht, erwogen, erkläret und, wie die eingefallene Spaltungen christlich zu entscheiden, in eine Schrift verfaßet.

clarationem ac repetitionem illam piae Confessionis apud adversarios parum admodum ponderis habuisse, nec nos et ecclesias nostras calumniis praeiudiciorum, quae contra nos illi in vulgus sane gravissima sparserant, liberatas. Esse etiam ab adversariis verae religionis ea, quae nos optimo animo et consilio fecimus, in eam partem accepta, perinde ac si ita incerti de religione nostra essemus eamque toties in alias atque alias formulas transfuderimus, ut nec nobis nec theologis nostris constaret, quae illa olim Augustae Imperatori oblata Confessio esset.

Haec adversariorum commenta multos bonos ab ecclesiis, scholis, doctrina, fide et Confessione nostra absterruerunt et abalienaverunt.

Ad haec incommoda id etiam accessit, quod sub praetextu Augustanae Confessionis dogma illud pugnans cum institutione sacrae coenae corporis et sanguinis Christi et aliae etiam corruptelae passim et in ecclesias et in scholas introducerentur.

Quae omnia cum nonnulli pii, pacis et concordiae amantes, praeterea etiam docti theologi animadvertissent, iudicarunt calumniis illis et subinde magis magisque crescentibus dissidiis in religione rectius occurri non posse, quam si controversi articuli ex verbo Dei solide accurateque declararentur et explicarentur, falsa dogmata reiicerentur et damnarentur: contra autem divinitus tradita veritas diserte et luculenter proponeretur; ut qui sibi persuaderent, hac ratione et adversariis silentium imponi et simplicioribus et piis viam ac rationem certam demonstrari posse, quomodo porro in his se dissidiis gerere et in posterum etiam divina adiuti gratia corruptelas doctrinae vitare possent.

Principio igitur theologi scripta quaedam hac de re eaque satis prolixa et ex verbo Dei desumpta inter se communicarunt, quibus diserte et dextre ostenderunt, quomodo controversiae illae cum offensione ecclesiarum coniunctae absque ulla veritatis evangelicae iactura sopiri et tolli e medio possent; ita enim futurum, ut adversariis occasiones et praetextus ad calumniam quaesiti praeciderentur et eriperentur.

Postremo articulos controversos in manus sumptos accurate et religiose perpendunt et declararunt adeoque scripto quodam peculiari complexi sunt, qua via

Und als uns zum Teil von solchem christlichen Werk Bericht einkommen, haben wir darob nicht allein ein gutes Gefallen gehabt, sondern dasselbe auch mit christlichem Ernst und Eifer zu befördern uns von wegen unsers tragenden und von Gott befohlenen Amtes schuldig geachtet.

Und demnach wir, der Kurfürst zu Sachsen etc., mit Rat und Zuthun etlicher unserer Religionsverwandten Kur- und Fürsten zu Beförderung der christlichen Lehrer Einigkeit etliche fürnehme, unverdächtige, wohl- erfahrene und gelehrte Theologen gegen Torgau, der wenigern Zahl im 76. Jahr, zusammenberufen, welche sich miteinander von den streitigen Artikeln und der jetzt angezogenen derhalben gefaßten schriftlichen Vergleichung christlich unterredet und mit Anrufung Gottes des Allmächtigen zu seinem Lob und Ehre endlich mit gutem Bedacht und sorgfältigem Fleiß durch besondere Gnade des heiligen Geistes alles, so hierzu gehörig und notwendig, in gute Ordnung zusammengefaßt und in ein Buch gebracht haben, welches hernach etlichen vielen der Augsburgerischen Confession verwandten Kur-, Fürsten und Ständen zugesandt und begehret worden, daß ihre Liebden und sie dasselbige durch ihre vornehme Theologen mit besonderem Ernst und christlichem Eifer durchlesen, hin und her erwägen, darauf ihre Erklärungen und censuras in Schriften verfassen lassen und uns darüber allenthalben ihr ratsames Bedenken ohne Scheu zu erkennen geben wollten.

Nachdem nun solche erholeten iudicia und Bedenken eingebracht und in denselben allerhand christliche, notwendige und nützliche Erinnerungen geschehen, welchergestalt die in der überschickten Erklärung begriffene christliche Lehr wider allerlei gefährlichen Mißverständnis mit Gottes Wort verwahrt werden könnte, damit unter derselben fünf- tiglich nicht unreine Lehr versteckt, sonder eine lautere Erklärung der Wahrheit auch auf unsere Nachkommen gebracht werden möchte, als ist daraus letztlich obberührt Buch der christlichen Concordien, wie hernach folgt, verfertiget worden.

Darauf unter uns etliche, dieweil es bei uns allen aus sonderbaren verhinderlichen Ursachen, wie auch bei etlichen andern mehr

ac ratione dissidia illa exorta recte et pie componi possent.

Nos autem de hoc pio theologorum proposito facti certiores non modo id probavimus, sed magno etiam studio ac zelo pro ratione muneris et officii divinitus nobis commissi promovendum nobis esse iudicavimus.

Ac proinde nos Dei gratia Dux Saxoniae, Elector etc. de consilio quorundam etiam aliorum electorum et principum in religione nobiscum consentientium ad provehendum pium illud inter doctores ecclesiae concordiae institutum eximios quosdam minimeque suspectos, exercitatos etiam et singulari eruditione praeditos theologos Torgam anno septuagesimo sexto evocavimus.

Hi cum fuissent congressi, de articulis controversis et scripto pacificationis (cuius paulo ante meminimus) religiose inter se contulerunt.

Et quidem primum precibus piis ad Deum Opt. Max. eiusque laudem et gloriam susceptis, cura deinde et diligentia singulari (iuvante eos Domini spiritu gratia sua) omnia ea, quae ad hanc deliberationem pertinere et requiri videbantur, optimo convenientissimoque ordine scripto quodam complexi sunt. M 10

Is postea liber praecipuis nonnullis Augustanam Confessionem profitentibus electoribus et principibus ac ordinibus transmissus est et petitum, ut ipsi adhibitis praestantissimis et doctissimis theologis sollicita cura et pio zelo eum legerent, diligenter examinarent et suam de eo sententiam et censuram scriptis comprehenderent et postremo de omnibus et singulis iudicium suum eiusque rationes nobis liberrime exponerent.

Has ergo censuras cum accepissemus, multas in iis pias et utiles commenfactiones invenimus, quomodo transmissa illa declaratio sinceræ doctrinae Christianae contra corruptelas ac depravationes sacrarum litterarum testimoniis muniri et confirmari posset, ne forte progressu temporis sub eius praetextu impia dogmata occultarentur, sed sincere veritatis minime fucata declaratio ad posteritatem transmitteretur.

Ex his ergo, quae optime meditata ad nos pervenerant, Liber iste piae Concordiae, de quo diximus, compositus et ea forma, qua subiicietur, absolutus est.

Deinceps ex nostro ordine quidam (neque enim nos omnes, ut et alii nonnulli, hoc tempore certas ob causas, quae

Ständen, noch zur Zeit nicht vorgenommen werden mögen, dasselbige ferner allen und jeden unserer Lände und Gebieten Theologen, Kirchen- und Schuldienern von Artike-
 5 teln zu Artikeln vorlesen und sie zu fleißiger und ernstlicher Betrachtung der darinnen begriffenen Lehr erinnern und ermahnen lassen.

M 11 Und nachdem sie die Erklärung der eingefallenen Zwiespaltungen zuvörderst dem Wort Gottes und dann auch der Augs-
 burgischen Confession gemäß und gleichförmig befunden, als haben sie, denen es obgehörtermäßen vorgelegt worden, mit erfreuetem Gemüte und herzlicher Danksagung
 15 gegen Gott dem Allmächtigen dies Concordienbuch für den rechten, christlichen Verstand der Augsburgerischen Confession freiwillig und mit wohlbedachtem Mut angenommen, approbiert, unterschrieben und
 20 solches mit Herzen, Mund und Hand öffentlich bezeuget. Derwegen dann auch dieselbe christliche Vergleichung nicht allein etlicher wenig unserer Theologen, sondern ingemein
 25 aller und jeder unserer Kirchen- und Schuldiener in unsern Länden und Gebieten einmütiges und einhelliges Bekenntnis heißt und ist.

Diemeil dann nun die vorgemelten unserer löblichen Vorfahren und unsere zu
 30 Frankfurt am Main und Naumburg aufgerichtete und wohlgemeinte Abschiede nicht allein das begehrte Ende der christlichen Einigkeit nicht erreicht, sondern dieselben
 auch von etlichen zu Bestätigung ihrer irri-
 35 gen Lehre haben wollen angezogen werden, da doch in unser Gemüt und Herz nicht kommen, daß wir durch dieselbigen einige neue, falsche oder irrige Lehr einführen, beschö-
 40 nen, bestätigen oder von der Anno 1530. übergebenen Augsburgerischen Confession im geringsten abweichen wollten, und wir, soviel unser bei obernennter Naumburgerischen Handlung gewesen, uns damals
 vorbehalten und erboten haben, wann unser
 45 Bekenntnis von jemand künftig angefochten oder zu welcher Zeit es die Nothdurft erfordern würde, daß wir derwegen fernere Aus-
 50 führung tun wollten: so haben wir uns zu entlicher Erklärung unsers Gemüts numehr gedachten Buchs der Concordien und Wiederholung unsers christlichen Glaubens und Bekenntnis christlichen vereinigt und verglichen. Und damit sich durch unserer Wider-
 55 sacher ungegründete Verleumdung, als sollten wir selbst nicht wissen, welches die rechte Augsburgerische Confession wäre, niemand dürfte irremachen lassen, sondern die, so
 60 jetzt leben, sowohl als unsere liebe Nachkommen eigentlich und gründlich möchten

obstabant, id facere poteramus) librum hunc omnibus et singulis nostrarum regionum et ditionum theologis, ecclesiae et scholarum ministris articulatim et
 5 distincte recitari et ipsos ad diligentem accuratamque considerationem earum doctrinae partium, quae in illo continentur, excitari curavimus.

Cum ergo illi declarationem controversorum articulorum congruere imprimis quidem cum verbo Dei, deinde Augustana Confessione animadverterent, promptissimo animo et testificatione
 15 suae erga Deum gratitudinis hunc Concordiae Librum ut piam et genuinam sententiam Augustanae Confessionis exprimentem ultro et quidem accurate meditatam et consideratum receperunt, approbarunt eique subscripserunt et de
 20 eo corde, ore et manu palam testati sunt.

Quare pia illa pacificatio non solum paucorum quorundam nostrorum theologorum, sed in universum omnium et singulorum ecclesiae ministrorum et
 25 ludimoderatorum in nostris provinciis et ditionibus consentiens et concors confessio et vocatur et perpetuo erit.

Quia vero nostrae et praeclari nominis antecessorum nostrorum primum
 30 Francofurti ad Moenum, deinde Numburgi pio et sincero animo susceptae et scriptis comprehensae conventiones non modo eum, qui expetebatur, finem et
 35 pacificationem non sunt assecutae, sed ex iis etiam a quibusdam patrociniis erroribus et falsis dogmatibus quaesitum est; cum tamen nobis ne in mentem quidem unquam venerit, hoc nostro
 40 scripto vel novum aliquod et falsum doctrinae genus introducere, integumentis commendare, confirmare, vel in minimis etiam a Confessione illa anno 1530. Augustae exhibita discedere, quin potius,
 45 quotquot nostrorum actionibus Numburgicis illis interfuimus, tum etiam id integrum nobis reservavimus et promissimus insuper, ut si quid successu temporis in nostra Confessione desideraretur, aut
 50 quoties id necessitas postulare videretur, nos porro omnia solide et prolixè declaratu-
 55 ros esse. Ideoque hanc ipsam ob causam in hoc Libro Concordiae ad declarationem constantis et perpetuae voluntatis nostrae et repetitionem Christianae fidei et Confessionis nostrae magno et pio consensu elaboravimus.

Ideo ne adversariorum nostrorum calumniis de ingenio suo confictis, quibus
 60 iactant, ne nobis quidem constare, quae

bericht werden und endliche Gewißheit haben, welches dieselbe christliche Confession, darzu sich bis anhero wir und die Kirchen und Schulen unserer Lande jederzeit bekannt und berufen, seie: haben wir in demselben nach dem reinen, unfehlbaren und unwandelbaren Wort Gottes uns einig und allein zu der Augsburgerischen Confession, so Kaiser Carolo dem V. Anno 1530. in der großen Reichsversammlung zu Augsburg übergeben, wie die in unserer seligen Vorfahren, welche dieselbige Kaiser Carolo dem V. auf jetztgemelten Reichstag selbst überantwortet, Archiven vorhanden gewesen und hernach mit dem rechten, dem Kaiser übergebenen Original, so in des heiligen Reichs Verwahrung geblieben, durch wohlbeglaubte Leute mit großem Fleiß collationiert und hernach beide, das lateinische und deutsche Exemplar allenthalben gleicher Meinung befunden und zu keiner andern bekennen wollen; auch der Ursach solche damals übergebene Confession dieser nachfolgenden unserer Erklärung und Concordienbuch einverleiben lassen, auf daß männiglich sehen möge, daß wir in unsern Landen, Kirchen und Schulen keine andere Lehre zu gedulden gemeint, dann wie dieselb zu Augsburg Anno 1530. durch mehrgedachte Kurfürsten, Fürsten und Stände einmal bekannt worden, darbei wir auch, vermittelt der Gnaden Gottes, bis an unser seliges Ende gedenken zu verharren und vor dem Richterstuhl unsers Herren Jesu Christi mit fröhlichem, unerschrockenem Herzen und Gewissen zu erscheinen. Und verhoffen demnach, es werden hinfüro unsere Widersacher unser, auch unserer Kirchen und derselben Diener mit den beschwerlichen Auflagen verschonen, da sie vorgeben, als ob wir unsers Glaubens ungewiß seien und deswegen fast alle Jahr oder Monat eine neue Confession machen sollten.

Was dann die andere Edition der Augsburgerischen Confession anlanget, deren auch in der Numburgischen Handlung Meldung geschehen, weil wir befunden und männiglich offenbar und unverborgen ist, daß sich etliche unterstanden, die Irrtumb vom heiligen Abendmahl und andere unreine Lehre unter den Worten derselbigen andern Edition zu verstecken und zu verbergen und solches

sit vera et genuina illa Augustana Confessio, aliqui se turbari sinant, sed et ii, qui nunc in vivis sunt, et posteritas etiam diserte et firmiter doceatur ac certior reddatur, quatenus illa pia Confessio sit, quam et nos et ecclesiae ac scholae nostrarum ditionum omnibus temporibus professae et amplexae fuerint: post sinceram et immotam verbi Dei veritatem solam primam illam Augustanam Confessionem Imperatori Carolo V. anno 1530. in celebribus illis comitiis Augustanis exhibitam, solam (dicimus) nec ullam aliam amplecti nos velle luculenter testamur, cuius exempla in archivis antecessorum nostrorum excellentis memoriae, qui ipsi Carolo V. in comitiis illis eam exhibuerunt, reposita per fide dignos homines, ne quid ad accuratissimas rationes diligentiae in nobis desideraretur, cum eo, quod Imperatori ipsi exhibitum est et in Sacri Rom. Imp. archivo asservatur, conferri volumus, et certi sumus nostra et Latina et Germanica exempla per omnia sibi conformi sententia invicem respondere. Qua etiam de causa Confessionem illam tum exhibitam nostrae, quae his subiicietur, declarationi sive Libro Concordiae inserere volumus, ut omnes intelligant, quod in nostris ditionibus, ecclesiis et scholis nullam aliam doctrinam ferre constituerimus, quam quae Augustae anno 1530. a commemoratis supra electoribus, principibus et Imperii ordinibus solenni confessione approbata fuit.

Hanc Confessionem etiam Deo nos bene iuvante usque ad ultimos spiritus pie ex hac vita ad coelestem patriam migraturi tenebimus, excelso et intrepido animo puraque conscientia comparituri coram tribunali Domini nostri Iesu Christi.

Speramus itaque adversarios nostros posthac et nobis et ecclesiarum nostrarum ministris parsuros esse, nec consuetis illis et gravissimis criminationibus usuros, nos de fide nostra nihil certi apud nos ipsos posse constituere, eamque ob causam fere singulis annis, imo vero mensibus, novas confessiones cudere.

Porro quod ad alteram Augustanae Confessionis editionem, cuius etiam in Numburgicis actis fit mentio, attinet, animadvertimus (quod et notum universis est) quosdam sub praetextu verborum posterioris illius editionis corruptelas in negotio coenae et alios errores contingere et occultare voluisse et scriptis publice excusis imperitae plebeculae ob-

in öffentlichen Schriften und ausgegan-
nem Druck den einfältigen Leuten einzubil-
den, ungeachtet daß solche irrige Lehre in
der zu Augsburg übergebenen Confession
M 14 mit ausdrücklichen Worten verworfen und
viel ein anders zu erweisen ist: so haben
wir hiemit auch öffentlich bezeugen und
dartzu wollen, daß damals, wie auch noch,
unser Wille und Meinung keinesweges ge-
wesen, falsche und unreine Lehr, so darunter
verborgen werden möchte, dadurch zu be-
schönen, zu bemänteln oder als der evange-
lischen Lehr gemäß zu bestätigen; inmaßen
wir dann die andere Edition der ersten
übergebenen Augsburger Confession zu
wider niemals verstanden noch aufgenommen
oder andere mehr nützliche Schriften Herrn
Philippi Melanthonis, wie auch Brentii,
Urbani Regii, Pomerani etc., wofern sie
mit der Norma, der Concordien einver-
leibt, übereinstimmen, nicht verworfen oder
verdampft haben wollen.

Desgleichen obwohl etliche theologi, wie
auch Lutherus selbst, vom heiligen Abend-
mahl in die disputation von der persön-
lichen Vereinigung beider Naturen in
Christo (doch wider ihren Willen) von den
Widersachern gezogen: so erklären sich un-
sere Theologen Inhalts des Concordien-
buchs und der darinnen begriffenen Norma
lauter, daß unser und des Buchs beständiger
Meinung nach die Christen im Handel von
des Herrn Abendmahl auf keinen andern,
sondern auf diesen einigen Grund und
fundament, nämlich auf die Wort der Stif-
tung des Testaments Christi gewiesen wer-
den sollen, welcher allmächtig und wahr-
haftig und demnach zu verschaffen vermag,
was er verordnet und in seinem Wort ver-
heißen hat; und do sie bei diesem Grund
unangefochten bleiben, von andern Grün-
den nicht disputieren, sondern mit einfäl-
M 15 tigem Glauben bei den einfältigen Worten
Christi verharren, welches am sichersten und
bei dem gemeinen Laien auch erbäulich, der
diese disputation nicht ergreifen kann.
Wann aber die Widersacher solchen unsern
einfältigen Glauben und Verstand der Wort
des Testaments Christi anfechten und als
ein Unglauben schelten und uns fürwerfen,
als sei unser einfältiger Verstand und Glaub
wider die Artikel unsers christlichen Glau-
bens, besonders von der Menschwerdung des
Sohns Gottes, von seiner Himmelfahrt und
Sitzen zur Rechten der allmächtigen Kraft
und Majestät Gottes, und demnach falsch
und unrecht: solle durch wahrhaftige Er-
60

trudere conatos nec motos esse Au-
gustanae Confessionis (quae prima ex-
hibita est) disertis verbis, quibus errores
illi palam reiiciuntur, ex quibus etiam
5 longe alia, quam ipsi volunt, sententia
evinci potest.

Visum igitur est nobis hisce litteris
publice testari et certiores facere uni-
versos, quod nec tum ac ne nunc quidem
ullo modo voluerimus falsa et impia
dogmata et opiniones (quae sub inte-
gumentis aliquibus verborum latere pos-
sent) defendere, excusare aut veluti cum
doctrina evangelica consentientes appro-
bare.

Nos sane nunquam posteriorem editio-
nem in ea sententia accepimus, quae a
priori illa, quae exhibita fuit, ulla ex
parte dissideret.

Nec etiam alia scripta utilia D. Philippi
Melanthonis neque Brentii, Urbani
Regii, Pomerani et similium repudianda
ac damnanda esse iudicamus, quatenus
cum ea norma, quae Concordiae Libro
25 expressa est, per omnia consentiunt.

Quamquam autem nonnulli theologi,
et in his ipse Lutherus, cum de coena
dominica agerent, inviti etiam ab ad-
versariis ad disputationes de personali
unionem duarum in Christo naturarum
pertracti sint, tamen theologi nostri in
Concordiae Libro et ea, quae in illo est,
sanioris doctrinae norma diserte testan-
tur et nostram et huius libri sententiam
constantem et perpetuam esse, pios ho-
mines in negotio coenae dominicae ad
nulla alia fundamenta, quam verborum
institutionis testamenti Domini nostri
Iesu Christi deducendos esse. Nam cum
40 ille et omnipotens et verax sit, expedi-
tum ei esse ea, quae et instituit et verbo
suo pollicitus est, praestare.

Et sane cum hoc fundamentum ab ad-
versariis impugnatum non fuerit, de aliis
probandi rationibus in hoc argumenti
genere non contendunt, sed in vera fidei
simplicitate verbis apertissimis Christi
firmiter insistent, quae ratio tutissima et
erudiendis imperitis hominibus accom-
modatissima est; neque enim illi ea, quae
de his rebus accuratius disputata sunt,
intelligunt.

At vero cum illa assertio nostra et
simplex verborum testamenti Christi
sensus ab adversariis impugnatur et veluti
impius et rationibus verae fidei repugnans
reiicitur, denique articulis Symboli Apo-
stolici (praesertim de filii Dei incarna-
tione, ascensione in coelum et sessione
ad dextram omnipotentis virtutis et

klärung der Artikel unsers christlichen Glaubens angezeigt und erwiesen werden, daß obgemelter unser einfältiger Verstand der Wort Christi denselben Artikeln nicht zuwider sei.

Die phrases und modos loquendi, das ist, die Art und Weise zu reden, welche im Buch der Concordien gebraucht, von der Majestät menschlicher Natur in der Person Christi, darein sie zur Rechten Gottes gesetzt und erhöht, betreffende, damit auch deshalb aller Mißverstand und Ärgernis aufgehoben, dieweil das Wort „abstractum“ nicht in einerlei Verstand von den Schul- und Kirchenlehrern gebraucht: erklären sich unsere theologi mit lauteren klaren Worten, daß ermelte göttliche Majestät der menschlichen Natur Christi nicht außerhalb der persönlichen Vereinigung zugeschrieben, oder daß sie dieselbige an und vor sich selbst, auch in der persönlichen Vereinigung, essentialiter, formaliter, habitualiter, subiective, wie die Schullehrer reden, habe, dergestalt 'dann und do also gelehret wirdet, die göttliche und menschliche Natur sampt derselben Eigenschaften miteinander vermischet und die menschliche Natur der göttlichen Natur nach ihrem Wesen und Eigenschaften exaequiert und also verlaugnet würde, sonder, wie die alten Kirchenlehrer geredt, ratione et dispensatione hypostaticae unionis, das ist, vonwegen der persönlichen Vereinigung, welches ein unerforschlich Geheimniß ist.

Was dann die condemnationes, Aussetzung und Verwerfung falscher, unreiner Lehre, besonders im Artikel von des Herren Abendmahl betrifft, so in dieser Erklärung und gründlicher Hinlegung der streitigen Artikeln ausdrücklich und unterschiedlich gesetzt werden müssen, darmit sich männiglich vor denselben wüßte zu hüten, und aus vielen andern Ursachen keineswegs umgangen werden kann: ist gleichergestalt unser Wille und Meinung nicht, daß hie mit die Personen, so aus Einfalt irren und die Wahrheit des göttlichen Worts nicht lästern, vielweniger aber ganze Kirchen in oder außerhalb des Heiligen Reichs Deutscher Nation gemeint, sondern daß allein damit die falschen und verführischen Lehren und derselben halsstarrige Lehrer und Lasterer, die wir in unsern Landen, Kirchen und Schulen keinesweges zu gedulden gedenken,

maiestatis Dei) contrarius et proinde etiam falsus esse contenditur: vera solidaque articulorum illorum interpretatione demonstrandum est, nostram illam sententiam nec a verbis Christi neque ab articulis illis dissidere.

Quod vero ad phrases et loquendi modos attinet, qui in hoc Concordiae Libro, quando de maiestate humanae naturae in persona Christi ad dexteram Dei collocatae et evectae agitur, usurpantur, ut omnes sinistrae suspensiones et offendicula, quae ex varia significatione vocabuli ABSTRACTI (quemadmodum hoc nomine et scholae et patres hactenus usi sunt) existere possent, e medio tollantur, theologi nostri disertis et expressis verbis testatum volunt, maiestatem illam humanae Christi naturae extra unionem personalem nequaquam adscribendam esse, nec etiam concedendum, quod humana natura eam maiestatem vel propriam vel per se (etiam in unione personali) essentialiter, formaliter, habitualiter, subiective (haec enim quamvis non satis Latine vocabula scholis placent) possideat. Nam si eam et dicendi et docendi rationem teneremus, divina et humana naturae una cum proprietatibus suis confunderentur, humana etiam divinae ratione essentiae et proprietatum exaequaretur, imo vero tota negaretur.

Sentiendum ergo esse theologi iudicant, id ratione et dispensatione hypostaticae unionis fieri, quemadmodum docta antiquitas ea de re caute locuta est, quod mysterium tantum habet, ut omnes ingenii nostri intelligentiaeque vires superet.

Ad condemnationes, reprobationes et reijectiones impiorum dogmatum et eius praesertim, quod de sacra coena extitit, quod attinet, hae sane in hac nostra declaratione et controversorum articulorum solida explicatione et decisione expresse et distincte non solum eam ob causam, ut universi sibi ab his damnatis dogmatibus caverent, omnino proponendae fuerunt, sed ob alias etiam quasdam rationes nullo modo praetermitti potuerunt. Sic ut nequaquam consilium et institutum nostrum sit eos homines, qui ex quadam animi simplicitate errant, nec tamen blasphemi in veritatem doctrinae coelestis sunt, multo vero minus totas ecclesias, quae vel sub Romano Imperio Nationis Germanicae vel alibi sunt, damnare. Quin potius mens atque animus noster fuerit, hac ratione fanaticas

eigentlich verworfen werden, dieweil dieselbe dem ausgedrückten Wort Gottes zuwider und neben solchem nicht bestehen können, auf daß fromme Herzen für derselben gewar'net werden möchten, sintemal wir uns ganz und gar keinen Zweifel machen, daß viel frommer, unschuldiger Leute, auch in den Kirchen, die sich bis-her mit uns nicht allerdings verglichen, zu finden sind, welche in der Einfalt ihres Herzens wandeln, die Sach nicht recht verstehen und an den Lasterungen wider das heilige Abendmahl, wie solches in unsern Kirchen nach der Stiftung Christi gehalten und vermöge der Wort seines Testaments davon einhelliglich gelehret wird, gar keinen Gefallen tragen und sich verhoffentlich, wann sie in der Lehr recht unterrichtet werden, durch Anleitung des heiligen Geistes zu der unfehlbaren Wahrheit des göttlichen Worts mit uns und unseren Kirchen und Schulen begeben und wenden werden. Wie dann den Theologen und Kirchendienern obliegen will, daß sie aus Gottes Wort auch diejenigen, so aus Einfalt und unwissend irren, ihrer Seelen Gefahr gebüh-lich erinnern und dafür verwarnen, damit sich nicht ein Blinder durch den andern verleiten lasse. Derwegen wir dann auch hie-mit vor Gottes des Allmächtigen Angesicht und der ganzen Christenheit bezeugen, daß unser Gemüt und Meinung gar nicht ist, durch diese christliche Vergleichung zu einiger Beschwerung und Verfolgung der armen bedrangten Christen Ursach zu geben. Dann wie wir mit denselben aus christlicher Lieb ein besonders Mitleiden tragen, also haben wir an der Verfolger Wüthen ein Abscheu und herzliches Mißfallen, wollen uns auch dieses Bluts ganz und gar nicht theilhaftig machen, welches sonder Zweifel von der Verfolger Händen an dem großen Tag des Herrn vor dem ernsten und ge'strengen Richterstuhl Gottes wird gefordert, sie auch dafür eine schwere Rechenschaft geben werden müssen.

Und dieweil unser Gemüt und Meinung, wie oben gemeldet, allezeit dahin gerichtet gewesen, daß in unsern Landen, Gebieten,

opinionibus, ecclesiis et scholis nostris nequaquam tolerandos iudicamus) palam reprehendere et damnare, quod illi errores expresso verbo Dei repugnent, et quidem ita, ut cum eo conciliari nequeant. Deinde etiam eam ob causam hoc suscepimus, ut pii omnes de his diligenter vitandis monerentur. Nequaquam enim dubitamus multos pios et minime malos homines in iis etiam ecclesiis, quae hactenus non per omnia nobiscum senserunt, reperiri, qui simplicitatem quandam suam sequantur et negotium quidem ipsum non probe intelligant, sed blasphemias, quae contra sacram coenam (quemadmodum ea in ecclesiis nostris secundum institutionem Christi dispensatur et iuxta verba testamenti ipsius magna bonorum omnium consensione docetur) evomuntur, nullo modo probant.

Magna etiam in spe sumus illos, si recte de his omnibus doceantur, iuvante eosdem Domini spiritu immotae veritati verbi Dei nobiscum et cum ecclesiis ac scholis nostris consensuros esse. Et profecto theologis omnibusque ecclesiae ministris inprimis hoc negotii incumbit, ut ex verbo Dei etiam eos, qui ex quadam vel simplicitate vel inscitia a veritate aberrarunt, de periculo salutis suae ea, qua decet, moderatione doceant et contra corruptelas muniant, ne forte, dum coeci coecorum sunt duces, universi periclitentur.

Quamobrem hoc nostro scripto in conspectu omnipotentis Dei et coram tota ecclesia testamur nobis propositum nunquam fuisse hac pia conciliationis formula molestiam aut periculum creare piis, qui persecutionem hodie patiuntur. Quemadmodum enim Christiana caritate moti in societatem doloris cum eis dudum venimus, ita a persecutione et gravissima tyrannide, quae in miseros illos maxima exercetur, abhorremus eamque ex animo detestamur.

Nullo etiam modo in profusionem innocentis illius sanguinis consentimus, qui haud dubie in tremendo illo Domini iudicio ac coram tribunali Christi a persecutoribus illis magna severitate repetetur, et hi sane tum tyrannidis suae gravissimas rationes reddituri ac poenas horrendas subituri sunt.

Nostrum equidem in his (ut supra meminimus) id semper propositum fuit, ut in terris, ditionibus, scholis et eccle-

Schulen und Kirchen kein andere Lehr, dann allein die, so in der heiligen göttlichen Schrift gegründet und der Augsburgerischen Confession und Apologia in ihrem rechten Verstand einverleibet, geführt und getrieben und darbei nichts, so derselben zu entgegen einreißen möchte, verstattet würde, dahin dann diese jetzige Vergleichung auch gestellt, gemeint und ins Werk gerichtet: so wollen wir hiemit abermals öffentlich vor Gott und allermänniglich bezeuget haben, daß wir mit vielgedachter jetziger Erklärung der streitigen Artikel keine neue oder andere Confession dann die, so einmal Kaiser Carolo dem V. christlicher Gedächtnis zu Augsburg Anno 1530. übergeben worden ist, gemacht, sondern unsere Kirchen und Schulen zuvörderst auf die Heilige Schrift und Symbola, dann auch auf erstermelte Augsburgerische Confession gewiesen und hiemit ernstlich vermahnet haben wollen, daß besonders die Jugend, so zum Kirchendienst und heiligen Ministerio auferzogen, in solcher mit Treu und Fleiß unterrichtet werde, damit auch bei unsern Nachkommen die reine Lehre und Bekenntnis des Glaubens bis auf die herrliche Zukunft unsers einigen Erlösers und Seligmachers Jesu Christi durch Hülff und Beistand des heiligen Geistes erhalten und fortgepflanzt werden möge.

Wann dann dem also und wir unsers christlichen Bekenntnis und Glaubens aus göttlicher, prophetischer und apostolischer Schrift gewiß und dessen durch die Gnade des Heiligen Geistes in unsern Herzen und christlichen Gewissen genugsam versichert sein, und dann die höchste und äußerste Nothdurft erfordert, daß bei so vielen eingerissenen Irrtumben, erregten Ärgernissen, Streit und langwierigen Spaltungen eine christliche Erklärung und Vergleichung aller eingefallener disputation geschehe, die in Gottes Wort wohlgegründet, nach welcher die reine Lehre von der verfälschten erkannt und unterschieden werde und den unruhigen, zankgierigen Leuten, so an keine gewisse Form der reinen Lehr gebunden sein wollen, nicht alles frei und offen stehe, ihres Gefallens ärgerliche disputation zu erwecken und ungereumbte Irrtumb einzuführen und zu verfechten, daraus nichts anders erfolgen kann, dann daß endlich die rechte Lehr gar vertunkelt und verloren und auf die nachkommende Welt anders nichts dann ungewisse opinionen und zweifelhaftige, disputierliche Wahn und Meinungen gebracht werden: und dann wir aus göttlichem Befehl unsers tragenden Ampts halben unserer eigenen und unserer zugehörigen Untertanen

siis nostris non alia doctrina, quam quae verbo Dei fundata et Augustana Confessione, tum Apologia (et ea quidem dextre in genuino suo sensu intellecta) continetur, sonaret et accurate proponeretur, nec pugnantes cum his opinionones admitterentur, quo sane consilio haec pacificationis formula instituta et absoluta fuit.

Quare denuo etiam coram Deo et omnibus mortalibus profiteamur et testamur nos declaratione articulorum controversorum, quorum iam aliquoties mentio facta est, non novam confessionem aut ab ea (quae Imp. Carolo V. felicitis recordationis anno 1530. exhibita fuit) alienam afferre, sed ecclesias et scholas nostras in primis quidem ad fontes sacrarum litterarum et symbola, tum ad Confessionem Augustanam, cuius ante meminimus, deducere voluisse.

Hortamur etiam severissime, ut in primis iuventus, quae ad sacrum ecclesiarum et scholarum ministerium educatur, in hoc fideliter et diligenter instituitur, ut ad posteritatem etiam nostram sincera doctrina professioque fidei usque ad gloriosum illum adventum unici redemptoris et servatoris nostri Iesu Christi (largiente hoc sancto spiritu) conservetur et propagetur.

Cum ergo haec sic habeant et nos de doctrina et confessione nostra prophetis et apostolicis scriptis eruditi certisimam gratiaque sancti spiritus mentes et conscientiae nostrae maiorem in modum confirmatae sint, Librum hunc Concordiae in lucem edendum putavimus.

Videbatur enim id apprime esse necessarium, ut inter tot nostris temporibus exortos errores, tum offendicula, certamina et diuturnas distractiones illas pia explicatio et conciliatio harum omnium controversiarum e verbo Dei exstructa exstaret, ut secundum rationes eius sincera doctrina a falsa internosceretur et secerneretur.

Praeterea ea res ad hoc etiam confert, ut turbulentis contentiosisque hominibus, qui ad nullam formulam purioris doctrinae astringi se patiuntur, liberum non sit pro sua libidine controversias cum offendiculo coniunctas movere et prodigiosas opinionones et proponere et propugnare.

Ex his enim hoc tandem consequitur, ut purior doctrina obscuretur et amittatur, ad posteritatem autem nihil quam opinionones et *ἐποχαι* academicae transmittantur.

M 20 zeitlicher und ewiger Wohlfahrt wegen uns
 schuldig erkennen, 'alles das zu thun und
 fortzusetzen, was zu Vermehrung und Aus-
 breitung Gottes Lob und Ehren und zu
 seines alleinseligmachenden Worts Fort- 5
 pflanzung, zu Ruhe und Friede christlicher
 Schulen und Kirchen, auch zu notwendigem
 Trost und Unterricht der armen verirreten
 Gewissen dienstlich und nützlich sein mag,
 und uns daneben unverborgen ist, daß viel 10
 gutherzige christliche Personen hohes und
 niedriges Standes nach diesem heilsamen
 Werk der christlichen Concordien sehnlich
 seufzen und ein besonders Verlangen tra-
 gen. Dieweil dann auch anfangs dieser un- 15
 serer christlichen Vergleichung unser Ge-
 müth und Meinung niemals gewesen, wie
 auch noch nicht ist, dieses heilsame und
 hochnötige Concordienwerk im Finstern
 vor jedermann heimlich und verborgen zu 20
 halten oder das Licht der göttlichen Wahr-
 heit unter den Scheffel und Tisch zu setzen:
 so haben wir die Edition und Publizierung
 desselben nicht länger einstellen noch auf-
 halten sollen und zweifeln gar nicht, es 25
 werden alle fromme Herzen, so rechtschaffene
 Liebe zu göttlicher Wahrheit und christ-
 licher, gottgefälliger Einigkeit tragen, ihnen
 dieses heilsame, hochnötige und christliche
 Werk neben uns christlich gefallen und an 30
 ihnen diesfalls zu Beförderung der Ehre
 Gottes und der gemeinen ewigen und zeit-
 lichen Wohlfahrt keinen Mangel sein lassen.

M 21 Dann wir, abermals schließlich und end- 40
 lich zu wiederholen, durch dieses Con-
 cordienwerk nichts neues zu machen noch
 von der einmal von unsern gottseligen Vor-
 fahren und uns erkannten und bekannnten
 göttlichen Wahrheit, wie die in prophetischer 45
 und apostolischer Schrift gegründet und in
 den dreien Symbolis, auch der Augsbu-
 rgischen Confession, Anno 1530. Kaiser
 Carolo dem V. hochmilder Gedächtnis über-
 geben, der darauf erfolgten Apologia, in 50
 den Schmalkaldischen Artikeln und dem
 großen und kleinen Catechismo des hoch-
 erleuchten Mannes D. Luthers ferner be-
 griffen ist, gar nicht, weder in rebus noch
 phrasibus, abzuweichen, sondern vielmehr 55
 durch die Gnade des heiligen Geistes ein-
 mütiglich dabei zu verharren und zu blei-
 ben, auch alle Religionsstreit und deren
 Erklärungen darnach zu regulieren gesin-
 net und daneben mit unsern Mitgliedern, 60

His accedit et illud, quod pro officii
 a Deo nobis iniuncti ratione hoc nos
 subditis nostris debere intelligimus, ut
 quae ad huius et secuturæ vitæ rationes
 pertinent, diligenter curemus ac demus
 operam, ut quae ad amplificationem
 nominis ac gloriæ Dei et propagationem
 verbi ipsius (ex quo solo salus spera-
 tur), ad pacem et tranquillitatem ec-
 clesiarum et scholarum, ad commone-
 factiones et consolationem perturbata-
 rum conscientiarum faciunt, summo stu-
 dio et quidem, quantum fieri potest,
 procuremus. Praesertim cum nobis certo
 constaret, a multis bonis et cordatis
 hominibus summi et infimi ordinis hoc
 salutare Christianae concordiae opus du-
 dum seriis gemitibus summoque desi-
 derio fuisse expetitum et exspectatum;
 ac ne nos quidem ab initio suscepti
 negotii pacificationis huius in ea senten-
 tia fuerimus neque etiamnum simus, hoc
 tam salutare et apprime necessarium
 opus concordiae ab hominum oculis
 removendum et penitus occultandum, ac
 lucem illam coelestis veritatis subter
 modium aut mensam ponendam esse:
 quapropter editionem eius diutius extra-
 here neutiquam debuimus.

Neque dubitamus pios omnes, qui et
 veritatis coelestis et concordiae Deo
 gratæ sunt amantes, una nobiscum hoc
 salutare, utile, pium et pernecessarium
 institutum probaturos et non commis-
 35 suros esse, ut ad amplificationem gloriæ
 Dei et utilitatem publicam, quae et in
 aeternis et temporalibus cernitur, in
 ipsis aliquid vel ad summum conatum
 desiderari possit.

Nos certe (ut ad extremum id repe-
 tamus, cuius aliquoties supra memini-
 mus) hoc Concordiae negotio nequa-
 quam nova comminisci, aut a veritate
 doctrinae coelestis, quam maiores no-
 stri pietatis nomine celeberrimi, sicut
 et nos, agnoverunt et professi sunt, ullo
 modo discedere volumus.

Eam autem doctrinam intelligimus,
 quae ex prophetis et apostolicis scrip-
 tis extracta in tribus veteribus sym-
 bolis, Augustana Confessione, anno 1530.
 Imp. Carolo V. excellentis memoriae
 exhibita, deinde Apologia, quae huic
 coniuncta fuit, Smalcaldicis Articulis,
 utroque denique Catechismo excellen-
 tis viri D. Lutheri comprehensa est.

Quare etiam nos ne latum quidem un-
 guem vel a rebus ipsis vel a phrasibus,
 quae in illa habentur, discedere, sed
 iuvante nos Domini spiritu summa con-

den Kur-, Fürsten und Ständen im Heiligen Römischen Reich, auch andern christlichen Potentaten, nach Inhalt des Heiligen Reichs Ordnungen und sonderer Vereinigungen, die wir mit ihnen haben, in gutem Frieden und Einigkeit zu leben und einem jeden nach seines Standes Gebühr alle Liebe, Dienst und Freundschaft zu erzeigen entschlossen und gemeint sein.

So wollen wir uns auch weiter freundlichen vergleichen, welchergestalt in unsern Landen durch fleißige Visitation der Kirchen und Schulen, Aufsehung auf die Druckereien und andere heilsame Mittel nach unser selbst und jedes Orts Gelegenheit über diesem Concordienwerk ernstlich zu halten, und wo sich die jetzige oder 'neue Streit bei unser christlichen Religion wieder regen wollten, wie dieselbigen ohne gefährliche Weitläufigkeit, zu Verhütung allerlei Ärgernis, zeitlichen mögen beigelegt und verglichen werden.

Zu Urkund haben wir uns mit einmütigem Herzen unterschrieben und unser Secret

Ludwig, Pfalzgraf bei Rhein, Kurfürst.
Augustus, Herzog zu Sachsen, Kurfürst.
Johanns George, Markgraf zu Brandenburg, Kurfürst.

Joachim Friedrich, Markgraf zu Brandenburg, Administrator des Erzstifts Magdeburg.

Johann, Bischof zu Meissen.

Eberhart, Bischof zu Lübeck, Administrator des Stifts Verden.

Philipps Ludwig, Pfalzgrafe.

Herzog Friedrich Wilhelms und } Vormünd.

Herzog Johannsens zu Sachsen }

Herzog Johann Casimirs und } Vormünde.

Herzog Johann Ernstens zu Sachsen }

Georg Friederich, Markgrafe zu Brandenburg.

Julius, Herzog zu Braunschweig und Lüneburg.

Otto, Herzog zu Braunschweig und Lüneburg.

cordia constanter in pio hoc consensu perseveraturos esse decrevimus, controversias omnes ad hanc veram normam et declarationem purioris doctrinae examinaturi.

Deinde etiam apud animum nostrum constituimus velle nos cum reliquis electoribus, principibus et ordinibus Sacri Rom. Imperii et aliis Christianae reipublicae regibus, principibus et magnatibus secundum Sacri Imperii constitutiones et pacta conventa (quae nobis cum illis sunt) pacem et concordiam colere et singulis pro dignitatis et ordinis ratione omnia nostra officia cum benevolentia coniuncta et deferre et exhibere.

Praeterea communicatis consiliis in hoc etiam sedulo incumbemus, ut in conditionibus nostris per diligentes ecclesiarum et scholarum visitationes et inspectiones officinarum typographicarum et alias denique salutare rationes observatis occasionibus et circumstantiis, quae ex nostro et aliorum usu sint, hoc concordiae opus magna severitate et summo studio defendamus.

Dabimus etiam operam, si vel renascantur controversiae iam sopitae vel novae in religionis negotio oriantur, ut eae absque longioribus et periculosis ambagibus ad praecavenda offendicula in tempore e medio tollantur et componantur.

In cuius rei evidens testimonium nomina nostra magno consensu subscripsimus et sigilla etiam adiunximus.

Ludovicus, Palatinus Rheni, Elector.

Augustus, Dux Saxoniae, Elector.

Joannes Georgius, Marchio Brandenburgensis, Elector.

Joachimus Fridericus, Marchio Brandenburgensis, Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis.

Ioannes, Episcopus Misnensis.

Eberhardus, Episcopus Lubecensis, Administrator Episcopatus Verdensis.

Philippus Ludovicus, Palatinus Rheni.

Friderici Wilhelmi & } Tutor.

Johannis, Ducum Saxoniae }

Johannis Casimiri & } Tutores.

Johannis Ernesti, Ducum Saxoniae }

Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgensis.

Julius, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis.

Otto, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis.

- Heinrich der Jünger, Herzog zu Braun-
 schweig und Lüneburg.
 Wilhelm der Jünger, Herzog zu Braun-
 schweig und Lüneburg.
 Wolf, Herzog zu Braunschweig und Lüne-
 burg.
 Ulrich, Herzog zu Meckelnburg.
 Herzog Johannsens und
 Herzog Sigismundens } Vormünder.
 Augustens zu Meckelnburg
 Ludwig, Herzog zu Württemberg.
 Markgraf Ernsts und
 Markgraf Jakobs zu Baden } Vormund.
- Georg Ernst, Grafe und Herr zu Hennen-
 berg.
 Friederich, Graf zu Württemberg und Müm-
 pelgart.
- Hans Günther, Graf zu Schwarzburg.
 Wilhelm, Grafe zu Schwarzburg.
 Albrecht, Grafe zu Schwarzburg.
 Emich, Grafe zu Leiningen.
 Philipps, Grafe zu Hanau.
 Gottfried, Grafe zu Ottingen.
 George, Graf und Herr zu Castell.
 M 24 Heinrich, Graf und Herr zu Castell.
 Hans Hoier, Grafe zu Mansfeld.
 Bruno, Grafe zu Mansfeld.
 Hoier Christoph, Grafe zu Mansfeld.
- Peter Ernst der Jünger, Grafe zu Mans-
 feld.
 Christoph, Grafe zu Mansfeld.
 Otto, Grafe zur Hoya und Burghausen.
 Johannes, Grafe zu Oldenburg und Del-
 menhorst.
 Albrecht Georg, Grafe zu Stolberg.
 Wolf Ernst, Grafe zu Stolberg.
- Ludwig, Grafe zu Gleichen.
 Karl, Grafe zu Gleichen.
 Ernst, Grafe zu Reinstein.
 Boto, Grafe zu Reinstein.
 Ludwig, Grafe zu Lewenstein.
- Heinrich, Herr zu Limpurg, Semper frei.
 Georg, Herr von Schönburg.
 Wolf, Herr von Schönburg.
 Anarc Friedrich, Herr zu Wildenfels.
- M 25 Bürgermeister und Rat der Stadt Lübeck.
 Bürgermeister und Rat der Stadt Landau.
 Bürgermeister und Rat der Stadt Münster
 in S. Georgental.
- Henricus junior, Dux Brunsvicensis &
 Luneburgensis.
 Wilhelmus junior, Dux Brunsvicensis &
 Luneburgensis.
 5 Wolfgangus, Dux Brunsvicensis & Lune-
 burgensis.
 Ulricus, Dux Megalopurgensis.
 Johannis &
 Sigismundi Augusti, Ducum } Curatores.
 10 Megalopurgensium
 Ludovicus, Dux Wirtembergensis.
 Ernesti &
 Jacobi, Marchionum Baden- } Curatores.
 sium
 15 Georgius Ernestus, Comes & Dominus
 Hennebergensis.
 Fridericus, Comes Wirtembergensis &
 Mumpelgartensis.
- Johannes Guntherus, Comes Swarcen-
 20 burgensis.
 Wilhelmus, Comes Swarcenburgensis.
 Albertus, Comes Swarcenburgensis.
 Emich, Comes Leimingensis.
 Philippus, Comes Hanauensis.
 25 Gottfridus, Comes Oetingensis.
 Georgius, Comes ac Dominus in Castel.
 Henricus, Comes ac Dominus in Castel.
 Johannes Hoierus, Comes Mansfeldensis.
 Bruno, Comes Mansfeldensis.
 30 Hoierus Christophorus, Comes Mans-
 feldensis.
 Petrus Ernestus junior, Comes Mans-
 feldensis.
 Christophorus, Comes Mansfeldensis.
 35 Otto, Comes Hoiensis & Bruchhusensis.
 Johannes, Comes Oldenburgensis & Del-
 menhorstensis.
 Albertus Georgius, Comes Stolbergensis.
 Wolfgangus Ernestus Comes Stolber-
 40 gensis.
 Ludovicus, Comes Glichensis.
 Carolus, Comes Glichensis.
 Ernestus, Comes Reinsteinensis.
 Boto, Comes Reinsteinensis.
 45 Ludovicus, Comes, Leonsteinensis.
- Henricus, Baro Limpurgensis, Semper-
 frei.
 Georgius, Baro Schonburgensis.
 Wolfgangus, Baro Schonburgensis.
 50 Anarc Fridericus, Baro Wildenfeldensis.
- Consul. & Senatus Lubecensis.
 Consul. & Senatus Landauensis.
 Consul. & Senatus civitatis. Monasterien-
 sis in Valle Gregoriana.

Der Rat der Stadt Goslar.	Senatus Goslariensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Ulm.	Consul. & Senatus Ulmensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Eßlingen.	Consul. & Senatus Eslingensis.
Der Rat der Stadt Reutlingen.	Senatus Reutlingensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Nörd- lingen.	5 Consul. & Senatus Nordlingensis.
Bürgermeister und Rat zu Rothenburg auf der Tauber.	Consul. & Senatus Rotenburgensis ad Tuberam.
Städtemeister und Rat der Stadt Schwä- bischen-Hall.	10 Consul. & Senatus Halae Suevorum.
Bürgermeister und Rat der Stadt Heil- bronn.	Consul. & Senatus Heilbronensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Mem- mingen.	Consul. & Senatus Memmingensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Lindau.	15 Consul. & Senatus Lindauiensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Schwein- furt.	Consul. & Senatus Schweinfurtensis.
Der Rat der Stadt Donawerda.	Senatus Donawerdensis.
Kammerer und Rat der Stadt Regensburg.	Cammerarii & Senatus Ratisponensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Wimpfen.	20 Consul. & Senatus Wimpfensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Giengen.	Consul. & Senatus Giengensis.
Bürgermeister und Rat zu Bopfingen.	Consul. & Senatus Bopfingensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Alen.	Consul. & Senatus Alensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Kauf- beuern.	25 Consul. & Senatus Kaufbeurensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Jhna.	Consul. & Senatus Isnensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Kempten.	Consul. & Senatus Campidonensis.
Der Rat der Stadt Hamburg.	Senatus Hamburgensis.
Der Rat der Stadt Göttingen.	Senatus Göttingensis.
Der Rat der Stadt Braunschweig.	30 Senatus Brunsvicensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Lünen- burg.	Consul. & Senatus Luneburgensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Leutkirch.	Consul. & Senatus Leutkirchensis.
Die ganze Regierung der Stadt Hildesheim.	Senatus Hildesheimensis.
Bürgermeister und Rat der Stadt Hameln.	35 Consul. & Senatus Hamelensis.
Bürgermeister und Ratmanne der Stadt Hannover.	Consul. & Senatus Hannoverensis.
Der Rat zu Mühlhausen.	Senatus Mulhusinus.
Der Rat zu Erfurt.	Senatus Erfurdensis.
Der Rat der Stadt Eimbeck.	40 Senatus Eimbecensis.
Der Rat der Stadt Northeim.	Senatus Northeimensis.

M 26